

A. D. 1249. — Handfeste der Stadt Freiburg im Uechtland.  
 Freiburg (Schweiz), Kantonsarchiv.

Anfang der Handfeste von Freiburg im Uechtland. Der Text befindet sich auf drei grossen Pergamentblättern, die unten durch die Schnüre der Siegel zusammengehalten werden. Das erste Blatt ist 60 × 52 cm gross, das zweite und dritte 60 × 47 cm. Auf jedem Blatt sind zwei Spalten Schrift. Unser Facsimile bietet das obere Stück der ersten Spalte des ersten Blattes. Regest: Die Grafen Hartmann und Hartmann von Kiburg (Oheim und Neffe) bestätigen der Stadt Freiburg im Uechtland die ihr vom Herzog Berchtold IV. von Zähringen bei ihrer Gründung erteilten Freiheiten und Rechte. Freiburg, 1249 Juni 28. Auf der Rückseite des dritten Blattes steht von alter Hand: *Ly chartre et liberte de la ville de Fribourg*. Gedruckt bei Ernst Lehr, *La Handfeste de Fribourg dans l'Uechtland* (Lausanne 1880); im *Recueil diplomatique du canton de Fribourg*, I, 22, Nr. 10; bei Richard Zehntbauer, *Die Stadtrechte von Freiburg im Uechtland und Arconciel-Illens*, Innsbruck 1906. Siehe auch Friedrich Emil Welti, *Beiträge zur Geschichte des älteren Stadtrechts von Freiburg im Uechtland*, Bern 1908 (in den *Abhandlungen zum schweizerischen Recht*, herausgegeben von Max Gmür, 25. Heft; Welti glaubt nachweisen zu können, dass die Handfeste eine Fälschung aus dem Jahre 1288 sei). — Die zwei Siegel von grünem Wachs, in Form eines spitzen Schildes, an roten Bändern, in Bild und Umschrift vollkommen gleich, sind noch gut erhalten; die Umschrift lautet: S. COMITIS HARTMANNI DE KIBVRCH. Sie entsprechen dem Siegel des jüngeren Hartmann von Kiburg, das abgebildet ist in *Siegelabbildungen zum Urkundenbuch der Stadt und Landschaft Zürich* (Zürich 1891), Lief. 1, Taf. III, Nr. 15. — Im Datum ist aus Versehen *lunii* statt *Iulii* gesetzt, wie der Zusatz in *vigilia apostolorum Petri et Pauli* (= 28. Juni) beweist.

Gotische Schrift. Die Buchstaben entsprechen im allgemeinen denen der gotischen Buchschrift, doch haben sie einen freieren Duktus, und die Ober- und Unterlängen sind etwas verlängert. Die Invokation in der ersten Zeile hat verlängerte Buchstaben, die grösstenteils dem Minuskelpal/habet entnommen sind. Die Initialen I und N sind rot. Auch die eigenartigen Striche zwischen den Worten der ersten Zeile und die Paragraphzeichen vor jedem Abschnitt sind rot. Die arabischen Ziffern am Rande stammen aus späterer Zeit.  
 Einzelne Buchstaben. Das Häkchen von e setzt spitz an (*noticiam*, 2); e steht oft für t, wo dieses den z-Laut hat, doch nicht immer (*noticiam*, 2; *initio*, 5; *eciam*, 23). Meistens steht das runde d, doch oft auch das gerade (*Bertoldus*, *Burgundie*, 4). Siehe die Form von r (2. 3). Der Bogen von h geht weit unter die Linie (2. 4). Einfaches h hat zuweilen einen Strich (*contingat*, 2; *initio*, 5; *munimine*, 7; *iura*, 16), sehr häufig ist l verlängert, und zwar am Anfang, in der Mitte und am Ende des Wortes (2. 3. 4). Der Hauptstrich von r ist oft unten nach rechts aufwärts gebogen (*posteri*, *Bertoldus*, 4); häufig jedoch steht unten ein kleiner schräger Haarstrich wie auf Taf. 86 (*res. scriptura*, 3); das runde r steht nicht nur nach o, sondern auch nach p (*produntum*, 3) und in der Kürzung *arum* und *uarum* (2. 16); andersits steht nach o oft auch das gerade r (*vero*, 11; *oro*, 19); gelegentlich steht ein Majuskel-R (*er*, 13). Das runde s am Wortende ist unten meistens geschlossen

(*temporis*, 2), doch öfters ist es offen und lang gestreckt (*curus*, 15; *nostris*, 17); einmal steht es übergeschrieben, am Zeilenende (17); zuweilen kommt auch noch ein langes s am Wortende vor (*Bertoldus*, 4; *eis*, 16; *obtinat*, 20). Der senkrechte Strich von t geht in der Regel über den Querbalken (2. 3).  
 Viele Abkürzungen. Das allgemeine Kürzungszeichen besteht gewöhnlich aus einem Querstrich, doch öfters hat es die Form einer Schleife, besonders bei den Wörtern *noster* und *ipse* (4. 7. 8. 18. 23); bei denselben Wörtern steht aber auch das allgemeine Zeichen (17. 21). Man beachte, dass das tironische Zeichen für et in der Mitte ein kleines Anhängsel hat (5. 7).  
 Häufig trifft man Bogenverbindungen, z. B. *le* (2. 9), *ig* (18), *bo* (7), *de* (3), *de* (8. 23), *ad* (24), *pe* (29), *po* (2. 10). Dieselben Buchstaben sind an anderen Stellen getrennt (4. 6 etc.).  
 Wort- und Satztrennung. Die Präpositionen sind noch zuweilen mit dem folgenden Wort verbunden (*in memoria*, 2; *per se*, 11).  
 Zur Interpunktion steht gewöhnlich ein Punkt, und zwar sowohl für die grosse wie für die kleine Pause; nur zuweilen steht ein Punkt mit darüber gesetztem Strich für die kleine Pause (2. 3. 10. 11). Vor neuen Abschnitten stehen verzierte rote Paragraphzeichen (11. 12. 13).  
 Am Rande links Zirkelstiche für die Linierung.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.  
 Ne ea, quorum presentiarum habemus noticiam, per processum temporis labi contingat a memoria, consuevit prudentum antiquitas res gestas prout geste sunt scripture testimonio commendare. Eapropter noverint universi tam posterum quam presentes, quod Bertoldus, dux de Cheringen<sup>1)</sup> et rector Burgundie, iura que in presenti volumine sunt scripta, burgensibus suis de Friburgo in Burgundia et eidem ville contulit in initio fundationis ville supradicte. Nos igitur Hartmannus<sup>2)</sup> et Hartmannus, comites<sup>3)</sup> de Kiburg, eadem iura eidem burgensibus de Friburgo in Burgundia et eidem ville confirmamus et sigillorum nostrorum<sup>4)</sup> munimine prestito iuramento roboramus. Et hec sunt iura statuta: Quod nunquam alium advocatum, nunquam alium sacerdotem, nunquam thelonarium burgensibus nostris de Friburgo, absque eorum electione, preficiemus; sed quoscumque ad hoc elegerint, hos, nobis confirmantibus, habebunt. Et dum bene eis advocatus et thelonarius placuerint, ipsos habere debent; si autem eis displicuerint, libere possunt eos destituere et alios instituire. § Scolasticum vero, matricularium, ianitores et preconem per se, nullo ad nos respectu habito, eligent, instituent et destituent, et quicquid super his ordinaverint, id ratum tenemus<sup>5)</sup>, et debemus] inviolabiliter observare. § Nunquam nos<sup>6)</sup> vel aliquis loco nostri secundum propriam voluntatem aut cum potestate aliqua in urbe iudicare debemus. § Ter in anno contionem ante nos vocabimus, in Februarii, in Mayo, in autumnio. Nosmet faciemus pretorium, ubi sedebimus pro tribunali, quando contionem habebimus, et secundum decreta et iura burgensium iudicabimus, et non aliter. § Omnibus burgensibus nostris pascua, flumina, cursus aquarum, silvas, nigra iura et nemora, que vulgus appellat triboluz<sup>7)</sup>, damus, ut eis sine banno utantur. § Omnibus burgensibus nostris thelonem damus, ut non persolvant. § Nunquam stipendia vel presidium aliquid pecunie aut aliquid pro exercitu a nostris burgensibus, ipsis nolentibus, petere possumus, nec debemus, nisi cum in expeditionem regiam fuerimus ituri ultra montes, cum nobis mandaverit rex; tunc minister noster in foro publico de unoquoque sutore post primos meliores sotulares, quoscumque voluerit, ad opus nostri accipiat, et de incisoriis caligarum meliores, post optimas<sup>8)</sup>, et a quolibet fabro quatuor ferramenta, et de mercatoribus, qui pannos laneos vendunt, a quolibet unam ulnam accipiat de illo panno, quem pre manibus habuerint. Nec ipsos burgenses nostros in exercitu ducere possumus, nisi tam longe, quod eodem die ad domos suas possint redire. § Preterea ipsis nolentibus nunquam eorum domos causa hospitandi nos et nostros promittimus intraturos, sed etiam ipsos alios in hospitando inquietare prohibebimus. § Quodlibet casale urbis debet habere centum pedes in longitudine et LX in latitudine, et de unoquoque casali in festo sancti Martini XII denarii pro censu annuatim debent dari. § Si hospes vel advena aliquem civium percusserit, ligatur ad truncum, abstracta sibi cute capitis; si vero e converso infra terminos ville burgensium tantummodo burgensis hospitem vel advenam percusserit, tenetur sculteto in LX solidis, et percusso in tribus solidis; si autem sanguinolentum fecerit, tenetur sculteto in LX solidis et vulnerato in LX solidis. § Ius preconis est, quod, antequam eat dormitum, debet vigiles quemlibet in suo loco ponere. Ius preconis est, quod, quicumque vel qualicumque modo sibi ad custodiendum traditus fuerit, statim cum intraverit domum suam,

(Datum Friburgi anno gratie millesimo ducesimo quadragesimo nono, quarto kalendas Junii<sup>9)</sup>, in vigilia apostolorum Petri et Pauli, Willelmo novo rege feliciter regnante.)

<sup>1)</sup> Für Zähringen. <sup>2)</sup> Die Worte supradicte. <sup>3)</sup> Nos igitur H. et H., comites stehen auf einer Rasur; sie sind mit schwärzterer Tinte geschrieben. <sup>4)</sup> Die beiden or mit dem Kürzungsstrich in sigillorum nostrorum stehen ebenfalls auf einer Rasur; sie haben ebenfalls schwärzere Tinte (Welti, l. c., S. 102). <sup>5)</sup> Verbessert aus tenetur. <sup>6)</sup> Ms. eos. <sup>7)</sup> Für triboluz. <sup>8)</sup> Ms. optimas. <sup>9)</sup> Für Iulii; siehe oben die Erläuterungen